



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CXLVI. Bischof Stephan verschreibt dem Tylemann Pellen, der wegen Ungnade des Kurfürsten die Propstei des Klosters Spandow niederlegt, ein Leibgedinge aus der Pfarre zu Bornim, am 21. Juni 1448.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

abetreten, In antworten vnd vns dissen vnzern brief widder geben an geuerde. Czu Orkonde haben wir vnser Ingefigel mit gutem wissen vnd willen an dissen bref hengen lassen, der geben ist czu Berlin, am Sontag Inuocavit, nach gots gebort virczenhundert Jar vnd darnach Im fiewen- vndvierzigsten Jare.

Nach dem Schurmärk. Lehnscopialbuche XX, 174.

CXLVI. Bischof Stephan verschreibt dem Tylemann Pellen, der wegen Ungnade des Kurfürsten die Propstei des Klosters Spandow niederlegt, ein Leibgedinge aus der Pfarre zu Bornim, am 21. Juni 1448.

Stephanus, dei gracia Episcopus Brandenburgensis, Honorabili viro domino Tylemanno pellen, preposito Sanctimonialium in Spandow, Salutem in domino. Tua nobis deuocio exposuit, quod propter indignacionem principis Marchie et aliorum vasallorum nequeas deo et uicibus tibi commillis dignum et salutiferum prestare famulatum, nobis humiliter supplicando, cum paratus sis predictam tuam ecclesiam ad manus nostras simpliciter resignare, quatenus aliquos redditus rectos et duos mansos secundum facultatem parrochialis ecclesie ville Bornum et filie Golin tibi dignaremur referuare tibi que de hiis ad tempora vite tue de eisdem prouidere, quibus vitam hanc poteris deducere corporalem. Inspectis igitur hiis causis et probitatis tue meritis receptaque rite cure in hac ecclesia commisse resignatione, de expresso consensu venerabilium et religiosarum dominarum Margarete Honow priorisse, Agnetis Robel subpriorisse tocusque conuentus Monasterii extra muros opidi Spandow, dictę ecclesie patronorum, vnum chorum siliginis dicto domino Tylemanno pellen omni anno ad vitam in festo sancti martini Episcopi de redditibus et fructibus ecclesie predictę exsoluat et duos mansos, quos de presenti dictus Bamme colit, cum omnibus frugibus et decimis sub pena censure ecclesiastice persoluendis presentibus referuamus et de hiis ad tempus vite tue prouidemus, mandantes cuilibet, qui pro tempore in prefata Bornum fuerit plebanus, ut eos tibi singulis annis in predicto festo martini Episcopi, si penam predictam velit euitare, persoluat expedite Eundemque chorum siliginis plebanus in dicta Bornum pro tempore existens suis expensis et propria cum vectura vsque ad opidum Spandow ad locum, quem sibi idem dominus Tylemannus designet, quauis femota contradictione apportet et deducet pena sub premissa. Et ut hos redditus ad tempora vite tue canonice sine omni contradictione possidere et percipere valeas, tecum presentibus dispensamus. Datum in Castro nostro Seyeser, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo, feria sexta post viti, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.